



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

249. Primum & maximum legis mandatum.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

*Luc. 20. v. 23.* & cognitâ Iesus nequitiam eorum, ait: Quid me tentatis, hypocritæ? Ostendite mihi numisma censûs. *Matth. 22. v. 18. 19.* Afferte mihi denarium, ut videam. *Marc. 12. v. 15.* Illi obtulerunt ei denarium, & ait illis Iesus: Cujus est imago hæc, & superscriptio? *Matth. 22. v. 19. & 20.* Dicunt ei: Cæsaris. *Matth. 22. vers. 21. Marc. 12. v. 16.*

I V. Respondens autem Iesus *Marc. 12. v. 17.* tunc, ait illis: Reddite ergo, quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo. *Matth. 22. v. 21. Marc. 12. v. 17. Luc. 20. v. 25.* Et audientes mirati sunt. *Matth. 22. v. 22.* super eo. *Marc. 12. v. 17.* Et non potuerunt verbum ejus reprehendere coram plebe: & mirati in responso ejus, tacuerunt. *Luc. 20. v. 26.* &, relicto eo, abierunt. *Matth. 22. v. 23.*

## MEDITATIO CCXLIX.

*Didagma LV. Primum & maximum  
Legis mandatum.*

I. PHarisæi audientes, quòd Iesus silentium imposuisset Sadducæis, conveniunt in unum. *Matth. 22. v. 34.* Et accersit unus de Scribis, qui audierat illos conquirentes, & videns, quoniam bene illis respon-

sponderit, interrogavit eum, quod esset primum omnium mandatum? *Marc. 12. v. 28.*

Interrogavit eum unus ex eis legis doctor, tentans eum: Magister, quod est mandatum magnum in Lege? *Matth. 22. v. 35 & 36.*

I. Iesus autem respondit ei: Quia primum omnium mandatum est: Audi Israël, Dominus Deus tuus, Deus unus est. Et diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota virtute tua. *Marc. 12. v. 29. & 30.* Hoc est maximum, & primum mandatum. *Matth. 22. v. 38.* Secundum autem simile est illi: Diliges proximum tuum tamquam teipsum. Majus horum aliud mandatum non est, *Marc. 12. v. 31.* In his duobus mandatis universa lex pendet, & prophetæ, *Matth. 22. v. 40.*

III. Et ait illi Scriba: Bene, Magister, in veritate dixisti, quia unus est Deus, & non est alius præter eum. Et ut diligatur ex toto corde, & ex toto intellectu, & ex tota anima, & ex tota fortitudine: & diligere proximum tamquam seipsum, majus est omnibus holocaustis, & sacrificijs. *Marc. 12. v. 31. & 33.*

IV. Iesus autem videns, quod sapienter respondisset, dixit illi: Non es longè à regno

gno Dei. Et nemo jam audebat eum inter-  
rogare. *Marc. 12. v. 34.*

*Idem vel simile Didagma,*

*Luca 10.*

**I.** Ecce quidam Legisperitus surrexit ten-  
tans illum, & dicens: Magister, quid  
faciendo vitam æternam possidebo? *Luc.*  
*10. v. 25.*

II. At ille dixit ad eum: In lege quid  
scriptum est? quomodo legis? Ille respon-  
dens dixit: Diliges Dominum Deum tuum  
ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, &  
ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente  
tua: & proximum tuum sicut teipsum.  
*Luc. 10. v. 26. & 27.*

III. Dixitque illi: Rectè respondisti: hoc  
fac, & vives. Ille autem volens justificare  
seipsum, dixit ad Iesum: Et quis est meus  
proximus? Suscipiens autem Iesus, dixit:  
Homo quidam descendebat ab Ierusalem in  
Iericho, & incidit in latrones &c. *Habetur*  
*suprà, Parab. 12. Luc. 10. vers. 28. 29. 30.*  
*& seqq.*

## MEDITATIO CCL.

*Didagma LVI. Obtemperandum legi-  
mis doctoribus, etsi malis.*

I. Au-

sponderit, interrogavit eum, quod esset primum omnium mandatum? *Marc. 12. v. 28.*

Interrogavit eum unus ex eis legis doctor, tentans eum: Magister, quod est mandatum magnum in Lege? *Matth. 22. v. 35 & 36.*

II. IESUS autem respondit ei: Quia primum omnium mandatum est: Audi Israël, Dominus Deus tuus, Deus unus est. Et diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota virtute tua. *Marc. 12. v. 29. & 30.* Hoc est maximum, & primum mandatum. *Matth. 22. v. 38.* Secundum autem simile est illi: Diliges proximum tuum tamquam teipsum. Majus horum aliud mandatum non est, *Marc. 12. v. 31.* In his duobus mandatis universa lex pendet, & prophetæ, *Matth. 22. v. 40.*

III. Et ait illi Scriba: Bene, Magister, in veritate dixisti, quia unus est Deus, & non est alius præter eum. Et ut diligatur ex toto corde, & ex toto intellectu, & ex tota anima, & ex tota fortitudine: & diligere proximum tamquam seipsum, majus est omnibus holo-  
cautomatibus, & sacrificijs. *Marc. 12. v. 31. & 33.*

IV. IESUS autem videns, quod sapienter respondisset, dixit illi: Non es longè à re-  
gno